

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio LXXXIII. Privilegiis ex causa onerosa concessis Papa non solet  
facilè derogare, & præcipuè si in illis adsit clausula, quod nullo modo  
suspendi, revocari aut eis quomodolibet derogari possit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

## DECISIO LXXXIII.

Privilegiis ex causa onerosa concessis Papa non solet facile derogare, & præcipue si in illis adsit clausula, quod nullo modo suspendi, revocari autem quomodolibet derogari possit.

ILLVSTRISS. SERAPHINO.

Romana Juris doctorandi.

*Inter impressas  
Seraphini decisiones  
2271.*

Veneris 3. Aprilis 1598.

## SUMMARIUM.

- |   |   |
|---|---|
| 1 Posteriora regulariter derogat prioribus.   | clausulas quantumvis pregnanta              |
| 2 Privilegio dato ex causa onerosa non soleat | Regula de jure quasitio non tolerando prae- |
| Papa facile derogare.                         | servat ius ex privilegio quasitum,          |
| 3 Clausula preservativa cuiusvis efficacia.   | Derogatio regula de jure quasitio cum       |
| 4 Privilegio ex causa publica utilitatis      | clausula quorum tenores, quidam             |
| concesso non censemur derogatum per           | pereatur.                                   |

**F**uit de mandato S.D.N. propositum in Rota hujusmodi dubium: Statibus Bullis & privilegiis concessis tam Reverendissimo Collegio DD. Protonotariorum, quam Collegio Excellentissimorum DD. Advocatorum Confiliacionum, an dicto Collegio Advocatorum competit ius Doctorandi privativè ad Colleum dictorum DD. Protonotariorum. Difficultas sorta est ratione privilegi concessi per Fel. record. Sixtum V. Collegio DD. Protonotariorum sub data Nonis Februarii 1585. in quo datur facultas doctorandi Collegio, & eorum cuiilibet quocunque idoneos &c. cum clausula: *Sublatam non obstantibus privilegiis quibuscunque Romanæ Curiae Collegii etiam motu proprio &c. Concessis, ac cum quibuslibet derogatoriis derogatoriis, alisque fortioribus & insolitis clausulis & decretis, per quod privilegium prætendebatur sublata fuisse antiqua privilegia Collegio DD. Advocatorum concessa à Fel. record. Julio III.* cum regulariter posteriora deroga-

gent

gent prioribus, maximè ubi eorum sit mentio. *L. pacta novissima C. de patl. & præ-*  
*terum cum dictum privilegium concessum sit Dominis Protonotariis ex causa one-*  
*rota, cui non solerit de facili Papa derogare, cum concessio videatur facta in viam con-*  
*tractus. Causa itaque in Rota me proponente diligenter discutâ, sive primo loco*  
*dictum, esse diligenter examinandum, quodnam ex istis privilegiis habeat clausulas*  
*prægantiores & fortiores, & alias coram me factum fuit in una Astoriensi. Archi-*  
*diocesis Martii 1576. & censuerunt Domini prævalere clausulas appositas in*  
*privilegio Juli III, nam præter ceteras in quibus concurrevit cum privilegio Sixti,*  
*adest decretum, ut hujusmodi litteræ Apostolicae nullo modo revocari, neque su-*  
*spendi possiat, & quoties emanaverint in aliis concessionibus derogationes implie-*  
*tæ, toties habebit illis exceptæ, ac denudò Advocatis concessæ, restituta & reposita*  
*censeantur &c. Quod decretum est tantæ efficacæ, ut per consequentes derogatio-*  
*nies non censeatur illi prædicatum, cum de eo non fuerit facta sufficiens merito, ut*  
*per Federic. consil. 233. per tot. Castræ. consil. 279. in fine lib. 1. Paris. consil. 42. n. 15. lib. 4. Fer-*  
*lin. in cap. nonnulli n. 3. & 4. de rescript. cum infinitis quæ deduci possunt ex neque*  
*congerunt Doctores in materia revocationis testamentorum. Scim. in L. si mihi es*  
*tibi §. in legatis ff. de legat. 1. Corvar. in rubric. de testam. par. 2. n. 19. Quod videtur*  
*ed maximè locum habi vendicare, ex quo privilegium Advocatis concessum fuit ex*  
*causa publicæ utilitatis, & ad tollenda absurdâ, qua ex similibus concessionibus ori-*  
*untur, quo casu non censem illi derogatum per clausulas quantumvis præguantes, ut*  
*volutum Roman. conf. 436. n. 11. § conf. 498. num. 17. Put. decis. 39. lib. 1.*

Accedit quod non fuit derogatum regulæ de jure quanto non tollendo, per

quam præservatur jus ex illo qualitatem DD. Advocatis, ut per Soren. in d. reg. qna. ff.

§. n. 7. Mohedan. decis. 82. Put. decis. 52. lib. 1. § fuit dictum in Casarugustana exem-

ptionis 9. Martii 1594. coram R. P. D. meo Orano Cas. de Graff. decis. 13. de rescript.

Verum omnis prorsus celsat difficultas exposteriori renovatione di privilegi

concessa per eundem Sextum V. Dominis Advocatis sub data septimo Calendas Se-

ptembribus 1587, cum derogatione regulæ de jure quanto &c. Et cum clausula Quo-

rum tenores, per quam procul dubio revocatum centeruntur privilegium Dominorum

Protonotariorum. Anton. de Burr. consil. 2. Cassad. decis. 38. super Reg. Mohedan. decis.

1. de rescript. Maximè cum in privilegio ipsorum nulla adiutoria clausula derogatoria ad

futuras concessiones. Bartol. in l. si quis in princ. ff. de legat. 3. Felia. in d. cap. nonnulli

num. 3. § seqq. de rescript.

Nec obstat quod DD. Protonotarii habeant privilegium ex causa onerosa,

quia eodem modo etiam Domini Advocati habent ex annexione rectoratus, & solu-

tione pecuniarum per eos facta; Unde in pari causa semper ut supra dictum, poste-

niora derogant prioribus, & ita conclusum.

DECI-